

Johann Cothmann

Programma Quo Decanus Johannes Cothman, S.S. Theologiae Doctor & Professor, suo & Facultatis Theologicae nomine, Ad Disputationem Inauguralem Viri Reverendi Et Clarissimi Dn. M. Johannis Reinboth, ... Ad diem 17. Iulii habendam ... invitat

Rostochii: Kilius, 1645


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738041866>

Druck Freier  Zugang



Verf.: J. Reimboth

F. Cöthmann 1a Programm t
R. U. theol. 1645. disp. inaug.



PROGRAMMA,

Quo

DECANUS

des JOHANNES GOTHMAN,

S.S. Theologiæ Doctor & Professor,

suo & Facultatis Theologiæ

nomine,

AD

fin DISPUTATIONEM INAUGURALEM,

VIRI REVERENDI ET CLARISSIMI

DN. M. JOHANNIS
REINBOTH, Illustrissimi Principis

Holsatiæ Superintendentis generalis, Pastoris

aulici, & Dioceseon Gottorpensis & Husumensis

Præpositi,

Ad diem 17. Julij habendam;

Magnificum Dn. Rectorem, Consultif-

simos, Excellentissimos, Experientissimos &

Clarissimos Dnn. Professores, Reverendos verbi di-


vinæ Ministros, ut & cæteros quotquot sunt, cives Academicos,

câ quâ par est sedulitate invitæ.



ROSTOCHII, Typis NICOLAI KILII, Acad.

Typogr. Anno M. DC. XLV.



DECANUS

JOHANNES COTHMAN,

S. S. Theol. D. & P. suo & Facultatis Theologicae nomine, lectori benevolo. S.



Ompendiorum in quavis scientiâ permagnam esse utilitatem res ipsa testatur. Cum enim verum sit illud criticissimum: *ars longa vita brevis*, præstat utiq; juxta Hebræorum sapientum monitum, hominem, alios scil. docentem, eosdem viâ brevi informare. Sicuti enim istius numismatis æstimatio tanto major est; quanto in minore massa plus valoris continet: Sic illorum librorum major est præstantia, quæ religionis capita, ad salutem scitu necessaria, gratâ quadâ brevitate, paucis comprehendunt. Quemadmodum enim non omnium hominum est idem ingenium, non una ad discendum capacitas: ita non eadem omnibus conveniunt. Illorum quidam sensus habentes exercitatos, bonum à malo discernere valent, eoq; ipso, ut Apostolus loquitur, solido cibo vesci possunt. Quia verò pleriq; ita affecti, ut in ipsis potius fidei elementis erudiendi sint, quibus lacte opus & non solido cibo. Nam pueri sunt sensibus, & in Christo infantes, proinde lacte non corporis; sed animi, quod dolum nescit, alendi, quo paulatim magis magisq; subolefcant, & ad perfectionem ferantur. Illud maturè secum per-

perpendens Dn. noster Candidatus, vir Reverendus
& Clarissimus Dn. M. Johannes Reinboch, Ecclesia-
rum Holfaticarum Superintendens generalis, & Dico-
cesion Gottorpenfis & Husumensis Præpositus, ex
omnibus materijs Theologicis, hanc præprimis ele-
git: De catechesi veterum. Idq; non sine gravissimâ
causa. Quia enim Dominus messis spiritualis, illum
extrusit operarium in suam messem, ipsumq; consti-
tuit Episcopum non Unius, sed multarum Ecclesia-
rum, muneris sui esse omnino arbitratur, pro virili
catechetica hanc institutionem ad veterum exem-
plum urgere, eaq; rudes in Christo informare. Idq; eò
lubentius, quia paucissimi ex professo, de catechesi
veterum, hætenus scripserunt. Posset & hic labor
concordiæ Ecclesiæ inservire. Quoniam enim do-
ctrina catechetica, ipsa fidei proponit ex classicis
scripturæ locis elementa, ut videamus in quibus do-
ctrinæ partibus, ab adversarijs secus docentibus
dissideamus: Et, num hodie in doctrinâ catecheti-
câ harmonia quædam speranda sit. Quia itaq; vete-
res magnâ prudentiâ & sollicitudine in hoc labore
pertexendo occupati fuerunt, sicuti id ex Dn. Can-
didati thesibus, eruditè hac de re conscriptis, patet;
voluit hanc de catechesi veterum, loco disputatio-
nis publicæ Inauguralis materiam præ aliis eligere,
electam ex antiquitate, quatenus historiam conti-
net, ex scripturâ verò quod dogmata ipsa concernit,
probare. Quoniam verò moris est, ut candidatorum
origo, vitæ in Academijs, quibus studijs incubuerunt,
peractæ cursus, in hisce programmatibus recensea-
tur, idem nobis hoc programmate faciendum in-
cum.

cumbit; Initio itaq; Dn. noster, Candidatus natus
Altenburgi in Misniâ ex parentibus pijs & hone-
stis, patre viro integerrimo *Dn. Conrado Reinboth*, Ma-
tre verò *Margareta Wincklerin*, matronâ honestissimâ;
Hi parentes, cum filio suo ingenium magna promit-
tens inesse animadverterent, eidem in scholâ patriâ
prima literarum fundamenta fideliter, Rectore *M.*
Josepho Claudero Poet. Laureat. inculcari voluerunt.
Nec defuit optatus eventus. Tantû enim, laus DEO,
in solo patrio Candidatus noster profecit, ut postmo-
dum studijs Academicis aptus esse, omnium censurâ
judicaretur, Lipsiam ergò à parentibus missus. Ne in
primâ adolescentiâ à perverso mundo, sicuti sæpius
hodie (eheu!) contingit, corrumpetur, providi pa-
rentes, studiorum moderatorem ac præceptorem
constituerunt virum clarissimum *Dn. Ananiam We-
berum*, nunc SS. Theologiæ Doctorem & professo-
rem Excellentissimû. Non autem, sicut (proh dolor)
multi hodie in Academijs viventes sunt, Candida-
tus noster talis fuit, qui fruges consumere didicerit:
tempus, cujus jacturam rectè veteres dixerunt inæ-
stimabilem, otio & heluationibus insumpserit; sed
professoribus audiendis impendit. Publicè itaq;
Rev. Exceel. & clarissimos Dnn. Professores audi-
vit *Dn. D. Henricum Hopnerum*, *L. Philippum Mol-
lerum* & *M. Johannem Fridericum*. Privatim au-
tem *Dn. D. Prebissum* imprimis antè nominatum,
L. Mollerum & *M. Hieronymum Keckleben*. Huic studio
& Academicis exercitationibus integrum bienni-
um tribuit. Lipsiâ Jenam concessit, ac studia bene
antea coepta, ibidem per integrum quinquennium
conti-

continuavit. Imprimis verò trigæ celeberrimorum
Theologorum, ut pote *Dn. D. Majoris Dn. D. Gerhardi*
& *Dn. D. Himmelij* sedulus auditor fuit. Et ut testimo-
nium sui in Theologiâ profectus reale haberet, præ-
fide clarissimo *Dn. D. Himmelio* disputationem de
principio Theologiæ publicè cum auditorum ap-
plausu habuit. Quia verò philosophia rectè usurpa-
ta, animùm incitiae rubigine exuit, & ad majora
studia, una cum linguarum scientiâ præparat, duci-
bus clarissimis philosophiæ Athletis & Professori-
bus *Dn. M. Daniele Stalio* & *Dn. M. Paulo Schlevogio* &
Dn. Dilberro in philosophicis & philologicis informa-
t^o fuit, ac diligentia *βγαβέου* summos scilicet in philo-
sophiâ honores Magisterij accepit. Accepit verò nō
titulum sine re & eruditione, quod eo ipso luculenter
demonstravit. dum amplissima Facultas philosophi-
ca illi inter competitores numero sedecim, primum
assignavit locum. Et quia locus non cohonestat vi-
rū sed potius vir locum, exercitijs Philosophicis
publicis & privatis juventutem postea docuit & eru-
divit, eoq; ipso de multis benè mereri voluit. Testis
hujus rei locuples est & nostra Universitas Rosto-
chiana, in quam relicta Jena 1633. venit, & inscriptio-
ne in Matriculam, civis ejusdem factus est. Et licet
in philosophicis sedulus esset, Theologiæ tamen stu-
dium tanquàm scopum primarium non neglexit, sed
Theologos publicè & privatim, imprimis virum Re-
verendum & Excellentissimum *Dn. D. Quistorpium*,
Facultatis nostræ Senioremem spectabilem, publicè
epistolam ad Gal. legentem, & privatim de Aug.
conf. disputantem audivit. Quomodo verò Rosto-
chij sese gesserit Rectoris Anno 1634. scepra tenen-

tis honorabile testatur encomium, quo disputator
solertissimus & acerrimus, candidatus noster saluta-
tur, qui singulares & raras naturæ dotes, à DEO con-
cessas habeat, quas insigni studiosæ juventutis emo-
lumento in publicum protulerit. sicuti ex allegato
testimonio pluribus videre est. Relicto Rostochio
in Daniam abiit, ibidemq; post Deum; promotorem
studiorum suorum summum, Virum Reverendum
Amplissimum & Excellentiss. *Dn. D. Casparum Broch-
mannum* invenit. Cujus & mensa ac hospitio, tum &
publicâ & privatâ informatione per annum ferme
usus est, qui & p.t. Rector Academiæ Hassniensis
discedentem egregio profecutus est elogio, dum Can-
didatum nostrum, nec ab ipso quidem Ligurino Mo-
mo jure reprehendi posse ait, utpote in quem potissi-
ma naturæ munera, quæ ab homine expeti possunt
sint collata. Sive enim animi vigorem, sive ingenij a-
cumen, sive memoriam rerum omnium capacem spe-
ctemus, id turo affirmari posse, in omnibus ita excel-
lere nostrum Dn. Candidatum, ut vix quicquam ad
horum munerum perfectionem addi possit. Et con-
cluditur tandem in prædicto testimonio triplici no-
mine, Maximis, Medioximis defæcatorum atq; sub-
æctorum ingeniorum patronis & nutricijs, Dn. candi-
datum commendari posse; quod scil. in controver-
sibus Theologicis sit versatissimus, sit philosophus ex-
ercitatissimus, & à literaturâ meliori instructissimus.
Postquam Hassniæ aliquandiu temporis subsistit,
fama Belgicorum philologorum permotus Batavi-
am concessit, & per aliquod tempus literis ibidem
operam dedit, cumq; pestis sævitiâ illum discedere
cogeret, in Angliam profectus quæ Theologiæ stu-
dioso

dio fo scitu in itineribus necessaria, Lugduni & alibi
sedulo observavit. Imprimis in Academia Oxoni-
ensi aliquamdiu commoratus, Bibliotheca publica ejus
loci instructissima usus fuit, eoq; ipso bonorum au-
ctorum lectione, studia sua non parum juvit. Cumq;
tempus appropinquare videretur, ut laborum exan-
tatorum fructum Candidatus noster perciperet, à
Serenissimo Rege Daniæ Christiano Quarto Eccle-
siæ Flensburgerisum commendatus fuit, quæ donis
Dn. Candidati nostri perspectis, Pastorum Eccle-
siæ ad S. Nicol. ipsi commisit. Rex autem Flensbur-
gensium & vicinarum Ecclesiarum præpositum con-
stituit, & consistorij Ecclesiastici Regij directorem
esse voluit. Elapso biennio volente Rege Serenis-
simo Daniæ, Ecclesiis Dioceseos Hatterslebiensis,
Candidatus noster præfectus fuit, qui & Pastore au-
licum regium illius arcis esse voluit, quo officio per
sexennium fideliter DEI gratiâ functus fuit. Quam-
vis autem illic commorari, Deoq; ibidem usq;
advitæ finem inservire animus fuerit, adeò ut voca-
tionem Serenissimi Regis Daniæ, qua professio
Theologiæ ac pastoratus primarius in Academia
Sorana Dn. Candidato nostro offerebantur, mo-
destè ante biennium recusavit; non tamen sine di-
vinâ providentiâ ante aliquot septimanas ab Illu-
strissimo & Celsissimo Principe ac Domino, Do-
mino FRIDERICO, Hærede Norwegiæ Duce,
Schleswicensi ac Holsatiæ &c. Candidatus noster,
Generalis Superintendens, Pastor aulicus & Dioce-
seus Gottorpenfis & Husumensis Præpositus voca-
tus fuit. Quam spartam cum per DEI gratiam ex-
ornate animus sit, à Facultate nostra ut gradum in
Theo-

Theologiâ summum sibi conferremus petiit. Cumq̃;
ad usitatum examen illum more solito admittere-
mus, dona divinitus Dn. Candidato concessa depre-
hendimus, proinde ad Disputationem solemnem
Inauguralem aditum ipsi lubentes fecimus. Cum
autem ex causis in initio allegatis materiam de Cate-
chesi veterum elegerit, qua progressus suos in Theo-
logiâ laudabile Academiæ civibus demonstrare,
volente DEO animus est, proinde ad actum illum
Disputationis Inauguralis publicum, Magnificum
Dn. Rectorem, Excellentissimos Dnn. Professores,
Clarissimos Dnn. Doctores. Reverendos verbi di-
vini Ministros, eximios artium Magistros, Nobi-
lissimos Præstantissimos ac Doctissimos Dnn. Stu-
diosos, meo ac Facultatis nostræ Theologicæ nomi-
ne invito. Nec dubito quin hanc gratiam cum Facul-
tati, tum Dn. Candidato sint exhibitari, ut illum de
materiâ hac disputantem non solum audire; sed &
simul suis eruditis argumentis eundem exercere,
quantum temporis ratio permittet, velint. Quod
si, ut non dubitamus, obtinuerimus in similibus aucti-
tiam majoribus nos illis obligatos esse fatebimur.
P. P. Rostoch. sub sigillo Facultatis Theo-
logicæ 6. Jul. Anno 1645.



diolo scitu in itineribus necessaria, Lugdun
sedulo observavit. Imprimis in Academia
ensi aliquamdiu commoratus, Bibliotheca pat
loci instructissima usus fuit, eoq; ipso bono
etorum lectione, studia sua non parum juvit.
tempus appropinquare videretur, ut laborum
latorum fructum Candidatus noster percip
Serenissimo Rege Daniae Christiano Quarto
siae Flensburgerisum commendatus fuit, qua
Dn. Candidati nostri perspectis, Pastorum
siae ad S. Nicol. ipsi commisit. Rex autem Fle
gensium & vicinarum Ecclesiarum praepositu
stituit, & consistorij Ecclesiastici Regij direc
esse voluit. Elapso biennio volente Rege Se
simo Daniae, Ecclesiis Dioeceseos Hattersleb
Candidatus noster praefectus fuit, qui & Paster
licum regium illius arcis esse voluit, quo offic
sexennium fideliter DEI gratia functus fuit. O
vis autem illic commorari, Deoq; ibidem
advitae finem inservire animus fuerit, adeo ut
tionem Serenissimi Regis Daniae, qua pro
Theologiae ac pastoratus primarius in Aca
Sorana Dn. Candidato nostro offerebantur
deste ante biennium recusarit; non tamen s
vinam providentiam ante aliquot septimanas a
strissimo & Celsissimo Principe ac Domino
mino FRIDERICO, Haerede Norwegiae
Schleswicensi ac Holsatiae &c. Candidatus n
Generalis Superintendens, Pastor aulicus & D
seav Gottorpensis & Husumentis Praepositu
tus fuit. Quam spartam cum per DEI gratia
ornare animus sit, a Facultate nostra ut grad

